

## 4. Odgovor Kongregacije

Nije pronađen izvornik odgovora, ali se uz izvješće (kut. 734, ff. 20r-21r) nalazi mišljenje Kongregacije o izvješću, o čemu v. gore pod sadržajem.

Kongregacija je o potrebi misionara za Liku i o naseljavanju shizmatika u onom kraju obavijestila Kongregaciju za širenje vjere (Propagandu).<sup>103</sup> O pljačkanju crkvene imovine sa strane svjetovne gospode, neka se piše nunciju da skrene na to pažnju samom caru.<sup>104</sup> Posebno nunciju treba naglasiti da je grof Zrinjski neke crkve pretvorio u radionice. Državnog sekretara treba konzultirati koliki su prihodi, da se vidi je li siromaštvo razlog da učeniji svećenici odlaze iz biskupije. Starom biskupu treba jaka ruka podrške Vrhovnog svećenika da se odupre navalama shizmatika.

## 5.

### Izvjeshće Benedikta Bedekovića 1708. godine

#### 1. Opis izvješća

Izvjeshće se nalazi na ff. 40r-45v, a napisano je na tri preklapljena folija, što čini 6 prošivenih listova, odnosno 12 stranica dimenzija 21,2 x 29,5 cm. Rukopis je čitljiv. Očito je da nije Bedekovićev. Na f. 45v zabilježeno je u Kongregaciji: "*Segnien. Modruscien VSS (visitationes) limin.*" i dodan plavom bojom broj 1708. Slično je i na f. 47v, samo je tu na dnu stranice stavljeno: "*31. Martij 1708. data att(estate)o pro 41 trien(nio).*" Prema tome bi obveza biskupa bila da svake treće godine podnese izvješće. Uz Glavinijevo izvješće govori se o obvezi svake četvrte godine ("*attestatio pro 27. e 28. quadriennio*", f. 39v). Izvjeshće je donio u Rim Ivan Čolić, koji je 30. ožujka 1708. posjetio grobove sv. Petra (f. 46r) i Pavla (47r). Potpis se rukopisom razlikuje od ostaloga teksta, što znači da izvješće nije pisao biskup svojom rukom.

ego personaliter adessem, cum pleno mandato et omnimoda facultate. Promitto omnia haec per dictum meum procuratorem, nuncium et commissum agenda, rapresentanda, procuranda, promovenda et facienda habere, firma, rata et grata, eisque non contraire, contrafacere nec contravenire sub obligatione quatenus petens et humillime requirens Sanctitatem Suam pro paterna et sacrosancta benedictione. In nomine Patris, Filii et Spiritus Sancti, ad laudem et honorem Sanctissimae Virginis Mariae sine labe conceptae, Hyeronimi Divi Dioecesium mearum patronorum  
 Sebastianus Glavinich episcopus  
 Segniensis et Modrusciensis M. p.  
 (u lijevom donjem kutu je suhi pečat).

<sup>103</sup> U Propagandinom arhivu spisi s tim u svezi nalaze se u *SOCC*, vol. 521, ff. 156-158 i *Acta* 1696. 117, 9.

<sup>104</sup> Glavinije je svoju tužbu na svjetovnu gospodu iznio u 32 točke. Objavili su ih Farlati (n. dj., 147-148) i Sladović (n. dj., 313-315). Sladovićev je tekst potpuniji. Nijedan ne piše kome je ta pritužba bila upućena. Vjerojatno upravo carskom dvoru. Budući da nije datirana, ne možemo doznati je li ona upućena prije ili poslije ove intervencije iz Rima.

## 2. Sadržaj izvješća

Kad je pred gotovo pet godina imenovan biskupom, prva mu je briga bila obaviti vizitaciju biskupija i osobno o svemu izvijestiti Svetoga Oca. Uz velike teškoće obišao je povjereno mu područje, ali zbog obveze prisustvovanja državnom saboru, ne može osobno doći u Rim, pa šalje kanonika Ivana Čolića.

Uvodne misli negdje doslovno uzima od Glavinića, a i po strukturi relacije Bedeković je ovisan o njegovu izvješću. Negdje prenosi i njegove pogreške.

Počinja s izvješćem o Senjskoj biskupiji.

Prije dvije godine proširio je za trećinu svetište katedrale a radi se i novi glavni oltar u njoj. Senj ima 4.000 duša, 12 kanonika, dva samostana: franjevački s 14 redovnika i pavlinski sa pet, a prije dvije godine proširen za osmoricu. Postoje filijalne kapele: Sv. Duha, Sv. Jurja, Sv. Ivana Kristitelja, Sv. Ane, Nevine Dječice, Sv. Roka, Pohodeinja Marijina, Sv. Marije Magdalene, a izvan gradskih zidina su crkve Sv. Antona opata i Navještenja Marijina. Sakramenti se dijele uglavnom na "ilirskom" jeziku, a ponekad se misli na latinskom. Brevijar se moli "ilirski", što znači staroslavenski.

Biskupija ima sedam župa: Sv. Juraj, Jablanac, Kosinj, Otočac, Brlog, Brinje i Krmpote.

U Sv. Jurju ima 900 vjernika razasutih po brdima i dragama. U Otočcu je 2.200 duša, kojima upravlja župnik s dvojicom kapelana. Filijalne su crkve Sv. Fabijana i Sebastijana te od starine Sv. Duha. U novije vrijeme sagrađene su crkve: Sv. Križa, Sv. Ilije, Svete Krunice i Sv. Nikole. U Brlogu je crkva Presv. Trojstva, a vjernika je 250. U Kosinju ima 500 duša, a župa je posvećena Svetoj Krunici. Postoji i filijala Sv. Petra. U drugom je selu crkva Sv. Antona, koja je pod interdiktom, jer je ondje prošle godine ubijen svećenik. U Jablancu je 300 vjernika. Crkva je posvećena Sv. Nikoli. Prihod je 400 mletačkih libri godišnje. U Brinju je župna crkva Uznesenja Marijina s filijalama Presv. Trojstva u kaštelu i Sv. Jurja u Jezeranama. Ima 1.800 vjernika, o kojima vodi brigu župnik s kapelanom. U Krmpotama je 200 duša; svi su katolici. Teško ih je poučavati jer su ljeti s blagom u brdima.

U Lici, koja je nedavno oslobođena od Turaka, živi 13.000 katolika, za koje se brine 10 svećenika; tu boravi i 1.400 shizmatika.

O župama Modruške biskupije podaci su uglavnom kao i u Glavinića. Broj vjernika u pojedinim župama: Novi 1.700, Ledenice oko 450, Bribir oko 1480, Grižane 700, Kotor 322, Beograd oko 430, Drivenik 340, Hreljin 2.500, Bakar oko 6.000, Trsat oko 800, Grobnik oko 1.000. U Gorskom kotaru: Gerovo oko 1.500, Čabar oko 200, Moravice oko 2.000, Brod 1.500, Delnice 450, Lukovdol 1.000, Ogulin 1.300, Modruš 600, Oštarije 1.700, Tounj 350. Spominju se još župe Fužine i Lešće, ali o njima ovdje nema nikakvih podataka.

### 3. Izvjješće (f. 40r)

Beatissime Pater!

Quinquennium proxime elabitur, quod per Dei et Apostolicae Sedis gratiam et Augustissimi Caesaris Leopoldi Regis Hungariae clementissimam resolutionem constitutus sim episcopus Segnensis et Modrussiensis seu Carbaviensis.

Statim post installationem meam prima et unica sollicitudo erat totam visitandi Dioecesim<sup>105</sup>, ut cum ea, qua par est diligentia et pastoralis officii mei perfectione, non parcendo fatigiis et laboribus ullis, quamvis superanda fuerint varia discrimina, viarum praesertim undique saxis et lapidibus praepeditarum, et haec praestita fuerunt firmissimo proposito me sistendi personaliter Sanctitati Vestrae (si fieri potuisset) ad deferenda humillima mea obsequia, vel ad minus fidelem nuntium seu procuratorem meum facturum relationem sinceram de statu totius mei Episcopatus coram Beatitudine Vestra mittendi, ut ita nihil deesset meo muneri episcopali et obedientiae Sacraeque Sedi Apostolicae exhibendae fieret iudicium quoad fieri potest.

Sed his meis intentionibus hactenus praeter alia obstitit plurimum gravitas corporis, vires morbis itinerum difficultatibus vel maxime in gubernio amplissimi Episcopatus Zagrabiensis, cujus antea canonicus, archidiaconus cathedralis, vicarius generalis ac rector Collegii Bononiensis existens<sup>106</sup> vires labefactae ac vel maxime impeditus citatione Augustissimi Imperatoris et Regis Hungariae ac reliquorum adjacentium regnorum dioetam celebrandam pro pace et quiete in eodem regno inducenda, ad quam diaetam sub poena (p)articulari comparere sum coactus, quominus personaliter ad beatissimos Sanctitatis Vestrae pedes prostratus advolverer eosque pio venerer osculo.

(f. 40v) Hinc supplex curvato poplite Sanctitati Vestrae paterna sua benignitate suscipere dignetur meum hunc nuntium Joannem Chiolich<sup>107</sup> presbyterum et canonicum Ecclesiae cathedralis Segnensis ejusdemque civitatis nobilem ac patritium antiquissimum, quem unicum hic et nunc in negotio praesenti acuratus peragendo magis idoneum reperio, ex meo siquidem clero maxime Segnensi vix aliquis est praeter hunc unicum bona latinitate praedi-

<sup>105</sup> Sačuvane su nam od toga: 18. prosinca 1704. Čabar, odredbe prigodom vizitacije (BAS, A, 21, Sladović, 407-412); 10. siječnja 1705. naredbe prigodom vizitacije za Bakar (Sladović, 412-418); 3. travnja 1705. naredbe prigodom vizitacije (HDA, *Protokoli*, 13).

<sup>106</sup> Bedeković je postao rektor 1695. nakon Nikole Gotaša, a prestao je biti rektorom 29. svibnja 1697. (Ij. IVANČAN, n. dj., 35).

<sup>107</sup> Ivan Franjo Čolić, rođen je u Senju oko 1670. zaređen za svećenika 1695, imenovan senjskim kanonikom 1707, a 1714. postao je senjski arhižakan. Umro je 1740.

tus, imo nec alio sufficienter instructus idiomate, quo satis informare possit ac meam obedientiam observantiamque erga Sanctissimum Patrem exponere.

Et quod expeditionem hanc, tanquam ultramontanus ante quadrigennium perficere non potuerim, curis potissimum pastoris intentus in perducendo grege ad viam rectam legum divinarum et ad observantiam erga superiores ecclesiasticos, quos populus fretus dominiorum terrestrium patrociniique in res Ecclesiae sese immiscentium et quidem sine remorsu ac reverentia status clericalis parum reveretur. Praepedivit quoque Mars ubique his in oris furens, quo grassante leges silent, ac bina mea pro defendendis iuribus ecclesiasticis gravis et sumptuosa Viennam excursio.

Haec erant, Sanctissime Pater, pluraque alia haud levis momenti obstacula, quae super Episcopatu Segnensi et Modrussensi seu Corbaviensi in Croatia sub apostolico regno Hungariae constituto informationem Apostolicae Sedi dandam non nihil remorata sunt, quam nunc hac serie confectam Beatitudini Vestrae humillime praesentare volui.

Episcopatus iste duplici Segnensis et Modrussiensis seu Corbaviensis titulo gaudet: primus tanquam principalis (utpote Cathedralis) denominationem accipit ab urbe (f. 41r) Segnia, sic a Senonibus suis primis authoribus dicta, inter civitates olim Liburniae clari nominis habebatur a regibus Hungariae, et nunc est inter praecipua Augustissimae Domui Austriacae praesidia, ac viris militaribus celebris, quorum meritis obtinuit magna, raraque privilegia a regnibus(!) Regni Hungariae; pertinet nunc ad metropolitanum Strigonensem. Ecclesia cathedralis est sub titulo Gloriosae Virginis Dei Matris Mariae in coelos assumptae, cuius per antea angustissimum sanctuarium duobus abhinc annis in amplissimum plusquam tertiae patris amplificatum est, ac ara eiusdem maior mille ungaricalium pretio sumptibus huius mei aлегati erigitur, ante quam etiam nunc tres de novo argenteae honestissimae continuo ardent lampades in honorem venerabilis sacramenti Eucharistiae. Numerat animas catholicae religionis circiter 4.000. Duodecim canonici divinis peragendis invigilant; si quilibet eorum sexcentas libras Venetas aut julios habeat in proventibus annuis, est multum, et quidem computata celebratione Missae, pro cuius absoluteione sacrificanti cedit in elleemosynam julius. Recensent inter canonicos archidiaconus, praepositus, archipresbyter, quibus additur primicerius et parochus civitatis. Viciniores ac contermini episcopatui huic Segnensi<sup>108</sup> et Modrussensi seu Corbaviensi sunt Zagrabiensis, a metropoli regni Croatiae denominatus, Polensis in Istria, Nonensis, Arbensis, et Vegliensis in Dalmatia. Segniae

---

<sup>108</sup> Piše dva puta "*huic Segnensi*", zaciјelo pogreškoma.

praeter ecclesiam cathedralem est pariter monasterium Sancti Francisci Seraphici Minorum reformatorem religiosos incolas claudens quatuordecim, accedit insuper patrum Sancti Pauli primi eremite claustrum pro quinque religiosis, quod pro octo personis ante biennium est amplificatum (f. 41v) et extructum. In hoc episcopatu Segnensi annualis proventus est in millio, tritico, vino, agnellis, florenorum Germanicorum circiter quinquaginta.

Sunt quoque capellae, seu filiales ecclesiae sequentes: Sancti Spiritus, quae proxime his elapsis annis in optimum ordinem (respectue ut antea) redacta est, eaque magna frequentia etiam in aurora, vel maxime a muliebri devoto sexu visitatur; Divi Georgii cum magno crucifixo<sup>109</sup> non exigua devotione et cultu, Divi Joannis Baptistae, Sanctae Annae, Sanctorum Innocentium, Sancti Rochi, Beatae Virginis Visitantis, Beatae Mariae Magdalenae. Extra muros civitatis Sancti Antonii Abbatis, ac Divae Virginis Annuntiatae. Ne vero suis curatoribus destituantur antedictae capellae, quarum quolibet juxta priorem constitutionem canonicum vigilatorem habet, et quidem sub poena in negligentia divinatorum mulctandum; exiguus apparatus est harum ecclesiarum. Sacramenta autem populo ministrantur lingua plerumque Illyrica, Latinaque parum celebratur sacrificium Missae. Officium Divinum peragitur praefato Illyrico idiomate. Parochias Episcopatus Segnensis septennas modo recenset: Sancti Georgii ad mare quinque milliaribus abhinc distantem, Jablacenensis Sancti Nicolai etiam penes mare, Kosignensis Sancti Antonii Patavini, Ottocensis Sanctissimae Trinitatis, Berlogensis Sanctissimae Trinitatis, Brünnensis Beatissimae Virginis Mariae in coelos assumptae, Karmpotensis Sancti Jacobi.

### Sancti Georgii

Haec Parochia sita est foris extra moenia prope littus maris Adriatici, commissa curae parochi Illyrici et latini utcumque, gaudentis titulo canonici, quae cum cathedrali est vicina, peraguntur accurate in ea quae cultum DEI concernunt. Accesserunt duo neomistae patriotae ad augendum ornatum illius. Nihil certitudinis adest, sed ex puris eleemosynis piorum fidelium subsidium quaeri debet, quae tamen (f. 42r) haud longe expectari possunt praesertim in fabrica promovenda a confiniaria, et militari hominum turba. Numerat animas circiter 900, dispersas inter varios longinquos colles et valles.

<sup>109</sup> Najprije je pisalo "in", a onda je ispravljeno u "non".

### Ottocensis

Huic adscriptae sunt animae circa 2.200. Laborant in excolenda parochus beneficiatus et canonicus titularis cum duobus presbyteris adiutoribus. Sacramenta administrantur vulgari seu Illyrico sermone; quae non fuerant ordinate disposita, in visitatione mea et antecessorum sunt correcta. Arx ea contra barbaros immanis Turcae insultus munimento erat fidelibus populis, nunc vero his repressis proxime elapso bello Turcico invictissimis Caesaris armis dilata; proinde et recuperata dominia indubitata spem faciunt deinceps meliorem futuram culturam et Ecclesiam DEI his in partibus accepturam incrementum; maxime si favor Sanctitatis Vestrae et Augustissimi Imperatoris aderit. Habet filiales ecclesias Sanctorum Fabiani et Sebastiani<sup>110</sup>, Sancti Spiritus<sup>111</sup> ab antiquo. In paucis vero temporibus accesserunt Sanctae Crucis<sup>112</sup>, Sancti Eliae Prophetae<sup>113</sup>, Beatissimae Virginis de Sacratissimo Rosario<sup>114</sup> et Sancti Nicolai Episcopi<sup>115</sup>.

### Parochia Berlogensis

Huic adscitus est parochus glagoliticus, cui subsunt in spirituali cura 250 animae; haec parochia habet ecclesiam dicatam Sanctissimae Trinitati<sup>116</sup>, in qua ob Turcicam oppressionem miserabiles proventus adveniunt.

### Parochia Kosignensis

Cui assistit parochus Illyricus sub cuius spirituali regimine adstant 500 animae. Ecclesia parochialis titulum sortitur Sanctissimi Rosarii<sup>117</sup>, ejusque assistentia ob adversitatem Turcicam miserabiliter consistit; filialem habet Sancti Petri.

---

<sup>110</sup> Biskup Benzoni kaže 1733. da se ta crkva nalazi u Dubravi, četvrt sata daleko od župne crkve (BAS, I, 28, 5).

<sup>111</sup> Na području Glavaca (Vilići). 1765. spominje se kao ruševina. Obnovili su je poslije za sebe pravoslavci.

<sup>112</sup> U Prozoru.

<sup>113</sup> U Sincu. Tu je bila i u srednjem vijeku crkva Sv. Ilije. Spominje se 12. travnja 1408.

<sup>114</sup> U Ličkom Lešću.

<sup>115</sup> Ta je crkva bila nedaleko župne crkve Presv. Trojstva. Obnovljena je na spomen srednjovjekovne opatijske i biskupijske crkve Sv. Nikole. 1765. već je u ruševinama.

<sup>116</sup> I za vrijeme Benzonija crkva je posvećena Presv. Trojstvu, samo se kaže da je "noviter edificata" (I., 28). Godine 1768. crkva je posvećena Pohodenju Marijinu.

<sup>117</sup> Biskup Glavinici odredio je 1696. da se u Donjem Kosinju sagradi crkva Sv. Antuna Padovanskog, a u Gornjem Kosinju crkva Sv. Jeronima. Za vrijeme Pohmajevićeve vizitacije 1723, međutim, nalazimo crkvu Sv. Antuna u Gornjem Kosinju, a u Donjem Kosinju crkvu Sv. Ivana Krstitelja (Mile BOGOVIĆ, Katoličke župe u Lici i Krbavi od osnutka do 1723. godine, *Zvona*, 1989/4, 5). Nigdje se ne spominje župna crkva Sv. Krunice.

*NB!* Anno elapso in altera villa sub eadem parochia ob ferventem zelum in cura animarum promovendum occisus fuit parochus loci, eiusdemque Ecclesia Sancto Antonio Patavino dedicata usque in hodiernum diem interdicta remanet.

(f. 44v)<sup>118</sup> Parochia Jablanacensis

Cui praeest parochus Illyricus, eique subjectae sunt in spiritualibus oviculae circiter 300. Ecclesia DEO advota est sub nomine Sancti Nicolai penes litus maris constructa. Introitus annuales vix superant 400 libras Venetas.

Parochia Brünnensis

Hanc providet parochus Illyricus sibi assistente capellano ejusdem idiomae; animae eidem subsunt quasi 1.800, omnes catholicam fidem profitentes, ast magna pennuria laborantes; ecclesia gaudet nomine Sanctae Mariae in coelos Assumptae, cujus filialis est in castello una Sanctissimae Trinitatis, altera in Villa Gezerane Sancti Georgii<sup>119</sup>.

Karmpotensis

Hujusce Ecclesiae parochialis praefixus est Sanctus Jacobus Apostolus. Proventus sunt leves ob paucitatem animarum, quae vix ducentae omnes catholicae fidei professores reperiuntur; hae praefatae aestivo tempore montes adeunt ad pascendos greges, quare parochus loci in eis instruendis difficile apparet.

In Comitatu Likensi et Corbaviensi<sup>120</sup>

Existunt animae circiter 13.000 ex jugo mahometico in catholicam fidem assumptae, quibus praesunt decem sacerdotes, eosdemque in fide orthodoxa incessanter instruere satagunt. In his etiam degunt circiter 1.400<sup>121</sup> schismatici, quos praesentia continuata bella ad agnitionem verae fidei reducere non ad-

<sup>118</sup> U originalu nakon ovoga (fol. 42v) dolazi Belgrad (fol. 43r), ali je po sadržaju jasno da treba doći Jablanac (fol. 44v). Listovi su krivo složeni i prema tome je naknadno učinjena folijacija.

<sup>119</sup> U Jezeranama se spominje još 1476. (Farlati, IV., 109). Budući da je područje dugo bilo prazno, novim naseljenicima nije prenesena predaja o toj crkvi.

<sup>120</sup> Bedeković stavlja Liku i Krjavu između Senjske i Modruške biskupije. On ih ne drži sastavnim dijelom nijedne od njih. Ta su područja dana biskupu na upravu, a da nisu postala sastavnim dijelom neke postojeće biskupije.

<sup>121</sup> Broj je ovdje u odnosu na katolike premalen.

mittitur, nisi adventante pace (qua DEUS Pater optimus in hoc tempestuoso bellico furore nos consolari dignetur) hos refroenare<sup>122</sup> tum assistentia Sanctitatis Vestre, tum nostri Augustissimi Imperatoris satagemus.

#### Parochia collegiata in Novi

In hac ad litus maris sita degunt parochus et sex canonici quibus annuatim proventus, qui ob summam paupertatem (f. 45r) ibidem degentium maxima difficultate extorquetur, importat 350 ducatos Venetos. Oviculae in hac repeiunt circa 1.700. Pariter ibidem adest monasterium Sancti Pauli primi eremitae quinque religionis provisum; in hac parochia omnia divina persolvuntur Illyrico et latino idiomate, cui quinque filiales subjectae sunt.

#### Ledenicensis

Isti praesunt duo glagolitae, in qua sub titulo Sancti Stephani Protomartyris animae orthodoxam<sup>123</sup> fidem confitentes commorantur circiter 450, cuiusque apparatus ecclesiasticus vix adest aliquis ob gentem continuo armis applicatam.

#### Bribirensis

Ecclesia collegiata hujus loci consecrata est Principi Apostolorum, quam administrant sex canonici cum parochus, omnes latinismo imbuti; stipendium annuum non excedit 300 ducatos Venetos; filiales ecclesias novem sub se continet, in quibus sacramenta ovibus suppeditantur circiter 1480 ibidem existentibus utroque sermone.

#### Grisanensis

Ibidem reperiuntur quatuor beneficiati Illyrici, qui ovibus quasi 700 in ecclesia Sancto Martino consecrata, omnia spiritualia administrant; proventus eorum annuatim se extendit ad 150 ducatos Venetos. Abhinc non distat procul monasterium patrum Paulinorum in Criquenica sub titulo Beatae Virginis penes littus maris.<sup>124</sup>

---

<sup>122</sup> Riječ je nejasna. Najvjerojatnije čitanje izgleda "refroenare", iako bi ispravno bilo "refrenare".

<sup>123</sup> Dakako da ovdje riječ "orthodoxam fidem" ne znači *pravoslavnu* nego *pravovjernu*, tj. katoličku vjeru. Inače bi bilo rečeno da su shizmatiči.

<sup>124</sup> Taj samostan nalazio se na području župe Kotor.



### Kottorensis

Huic parochiae dicatae Sancto Simoni assistit parochus Illyricus, cui subsunt animae circa 322; hic parochus in erudienda orthodoxa (fide) sedule laborat, ast ab officialibus terrestribus saepius impeditur.<sup>125</sup>

(f. 42v) Belgrad

Huic parochiae sub patrocínio Magnae Dei Matris intersunt tres beneficiati, qui provident animas catholicae fidei imbutas circiter 430. Proventus eorum debiles sunt; praefati omnibus ovibus praeseferente zelo spirituali Illyrico sermone singula ad fidem spectantia administrant.

### Drivenikh

Castro huic praeest parochus Illyricus cum duobus beneficiatis ejusdem idiomatis; ecclesia filialibus onerata, sed introitus ob compulsionem Dominiis terrestribus non se extendit ultra 100 ducatos cum onere tamen solvendae contributionis ex mera praesumptione Dominiis praefati, quae tamen antea non fuere practicata; in hac parochia sunt circiter 340 Animae.

### Hriglin

Haec parochia Sancto Georgio dicata conservatur sub vigilantia parochi et duorum canonicorum, qui annuatim sexaginta circiter ducatos recipiunt; animae sunt illi subjectae quasi 2.500, quae omnes provident latine sacramentis et rebus ad fidem necessariis, sub se continet tres filiales ecclesias.

### Bucharis

In hoc caesareo castello est capitulum collegiatae ecclesiae Divo Andreae consecratae, consistens in archidiacono, parcho et octo canonicis, quorum proventus annuales sunt circiter 550 ducati Veneti; oviculae ejusdem subjectae in longum et latum sunt circa 6.000, quibus ad amussim praestantur omnia sacramenta et sacramentalia Illyrico et latino idiomate.

---

<sup>125</sup> Vjerojatno je pogreškom napisano *impeditur*. Bedeković je stavio potpis i dataciju ispod ovog teksta, iako je očito da izvješće ovdje ne završava. I folijacija je na temelju toga naknadno krivo upisana. Redoslijed je ipak jasan, jer se nabrajaju najprije župe Senjske biskupije, zatim se govori o Lici i Krbavi i na kraju o župama Modruške biskupije.

(f. 43r) Tersactum

Parochiam ibidem existentem sub titulo Sancti Georgii Martyris administrat parochus Illyrico et latino idiomate pollens, cui subsunt animae 800 circiter; proventus ejusdem annuatim occurit circiter centum ducatos Venetos, filialem habet Sanctae Crucis<sup>126</sup>. Haec parochia est in optimo ordine et bene provisata. Adest etiam hic monasterium Sancti Francisci Seraphici Minorum reformatorem cum triginta fratribus.

Grobnikh

Haec parochia collegiata et consecrata SS. Philippo et Jacobo regitur in spiritualibus sub cura parochi et sex canonicorum, quibus subjectae sunt sex filiales ecclesiae, et circiter mille animae; proventus eorum annualis se extendit singulatim ad 60 ducatos Venetos.

Geroovo

Huic parochiali ecclesiae praeficit parochus latinus, qui animas circa 1.500 sub se possidet, easque ad viam salutis dirigit; haec ecclesia est dicata sanctis martyribus Hermagorae et Fortunato, plures filiales in se continens, proventus ejusdem subsistunt quasi in pura eleemosyna.

Czobar<sup>127</sup>

In hoc loco ferri-fodinae sacramenta administrat parochus latinus, cui sunt subditae circiter 200 oves, sub quo tres filiales ecclesiae reperiuntur; hujus parochiae beneficium nullum est, nisi quod pie animae et Dominium suppeditat.

Morauice

Haec ecclesia parochialis providetur a parochi, cui subsunt circiter 2.000 animae; in hac divina (f. 43v) persolvuntur latino idiomate, excepta epistola, evangelio et concione, quod Illyrice dicitur; proventus eiusdem in exiguis decimis consistit.

---

<sup>126</sup> Sv. Križ na istoimenom brdu, danas u župi Gornja Vežica.

<sup>127</sup> Čabar.

### Brod

In ista Sanctae Mariae Magdalenae dedicata adest parochus suas sibi concreditas oviculas circa 1.500 existentes providens; cui duae filiales administrandae addicuntur; praefatus exiguos et viles proventus annuales habet.

### Delnice

Parochus hujus loci sub se continet capellam Sanctae Catharinae<sup>128</sup> virginis et martyris cum 450 animabus, quas providet lingua Illyrica; proventus ejusdem sunt miserabiles.

### Lukerdol<sup>129</sup>

Huic parochiae sub nomine Sancti Joannis Evangelistae<sup>130</sup> praest parochus et duo coadjutores, cui filiales ecclesiae quatuor adsunt, animae vero circiter 1.000, proventus ultra 100 ducatos Venetos non se extendit.

### Ogulini

Haec ecclesia parochialis dedicata est sancto Bernardino sub se habens duas capellas et circa 1.300 animas, parochus hujus latino sermone necessaria praestat ad salutem, cujus annuales pensiones condigne non tribuuntur, utpote a populo immemore spiritualis auxilii.

### Modrussa

Locus iste est praesidium inter Turcica confinia, qui post devastationem barbaricam colit Sanctum Joannem pro patrono parochiali, cui subjectae sunt quatuor filiales et 600 oviculae in spiritualibus providendae; parochus adest ibidem, sed cum exiguis proventibus, cum decimas praestare renuant ob vicinitatem hostium bihacensium.

### (f. 44r) Ostaria

Pastor huic Ecclesiae beatissimae DEI Genitricis Virginis Mariae Miraculosae usque in hodiedum a populis frequentari solitae praest, cui subjectae

---

<sup>128</sup> U Lokvama.

<sup>129</sup> Lukovdol

<sup>130</sup> Benzoni 1733. kaže da je župa posvećena Uznesenju Marijinom, a tako će biti i poslije. U Lukovdolu, a niti igdje u biskupiji ne nalazimo crkvu posvećenu Sv. Ivanu Evanđelistu.

sunt animae ad 1.700, ex quarum levibus proventibus miserabiliter vitam suam degit.

Tovung

Hujus parochiae titularis patronus Sanctus Joannes Apostolus<sup>131</sup>, ad quem spectant ternae filiales, providet eas parochus et 350 oviculas circiter; in proventibus annue centum ducati Veneti adventant.

Parochiae subjectae<sup>132</sup>

*Gerovo, Czobar, Brod, Delnice, Loque, Fuscine, Moravice, Lukerdol, Lesche, Tovung.*<sup>133</sup>

Hisce perlustrandis manifeste patet Vestrae Sanctitati. qualiter clerus mihi concreditus subsistere queat, cum hae prae-nominatae decem parochiae mihi nec obulum importent, reliquae vero sub toto meo Episcopatu ultra mille ducatos Venetos se non protendant.

Idcirco per meum canonicum praesentium latorem hisce prae-nominatis, et in scripto porrectis Vestram Sanctitatem humillime informare volui, quomodo et qualiter DEI cultus omnibus praefendus conservari possit. Dantur enim tot parochiae supra nominatae, et ecclesiae filiales, in quibus nec ullus apparatus provisibilis est ex defectu tum proventuum ecclesiasticorum, tum ovicularum sub iisdem degentium summae paupertatis, quae omnia maxime militant adversus decorem et nitorem ecclesiarum, quem tamen omnibus nisi-bus et conatibus augere et promovere vi pastoralis mei muneris, zeli et officii momentanee anhelat, et providendum cordicitus desidero.

Beatitudinis Vestrae

Clientum infimus Benedictus Bedekovich

Episcopus Segniensis et Modrusiensis seu Corbaviensis, m.p.

Datum Segniae 23 Januarii 1708.

---

<sup>131</sup> Vjerojatno je pod utjecajem Glavinića i on ovdje stavio Ivana Apostola umjesto Krstitelja.

<sup>132</sup> Čini se da Bedeković nije uspio srediti sve podatke prije definitivne redakcije izvješća. Kad nabroja župe koje mu ne daju prihoda spominje neke koje nije prethodno opisao niti spomenuo kao župe. Lokve je prije spomenuo kao filijalu delničke župe, a ovdje je samostalna župa; Fužine nigdje ne spominje kao župu osim ovdje; Lešće također ne opisuje, iako je zacijelo ono tada već bilo jedna od većih župa.

<sup>133</sup> Te su župe nasumce nabacane, bez reda, kao da ni izvjestitelju nije bilo jasno što je s njima, kako je u njima i funkcioniraju li uopće kao župe. Npr. nemamo u to vrijeme nikakve podatke da su Fužine bile župno središte.